

R. P. D.

CORIO

Toletana Canonicatus

Super Compulſoria.

Lunæ 11. *Ianuarij* 1723.



Apitulum Eccleſiæ Toletanæ, quod, vt latiùs refertur in contemporanea Deciſione, pro effectu detegendi aſs. impuritatem Ioſephi Prouiſi Apoſtolici iam vſque ab anno 1717. Compulſorias generales expediuerat coràm bo. mem. Anſaldo, & ſpeciales obtinuerat à Signatura Gratiæ de anno 1718. ad finem compulſandi quoſdam Proceſſus informatiuos aduersùs Collegia S. Idelphonſi, & S. Crucis, in hac quoque tertia inſtantia dubium ſubſcribi curauit = *An eſſent concedendæ Litteræ Compulſoriales ſpeciales* = quibus compulſare velle aſſerebat eoſdem informa-

tiuos Processus, necnon probationes à Dño Petro Salazar de anno 1598. occasione eius admissionis ad Canonicatum Ecclesiæ Siguntinæ, fidem Baptismatis Isabellæ de Torres, & quasdam tabellas Sambenitorum affixorum in Ecclesia Cathedrali Siguntina; Sed DD. hodiè à me interrogati *negatiuè* responderunt.

Ratio resolutionis stetit, non minùs in natura priuilegiati Iudicij executiui, quo potiuntur Litteræ Apostolicæ, quod si facilè non admittit huiusmodi exceptiones dilatorias, vt in specie respondit *Rota in alia Toletana Canonicatus coràm Lancell. decis.212. num.7. parte 1. rec.*, & firmatum fuit *coràm Millin. decis.447. num.2., & in Auximana Iurispatronatus 21. Martij 1718. §. Eas coràm R.P.D. meo Gamaches*, eędem protinùs reijciendæ videntur in casu, quo Compulsoria petitur post clausum, & completum per Canonicum Commissarium Processum, à quo vndique scatet puritatis probatio, post duo ædita iudicata Rotalia, & post semèl, ac bis expeditas Litteras Compulsoriales, necnon post 12. annos à die datarum Litterarum, in quibus circumstantijs validiùs obsistunt plures Iuris regulæ, quod nempè non admittantur probationes contrariæ probationibus; quas quis alias fecit, vel exhibuit, ad tradita per *Rotam coràm Carill. decis.238. num.6. coràm Emer. iun. decis.231. num.3., & 4., coràm Gregor. decis. 497. n.5., & in Salisburgen. Iurium Parochialium super Remissoria 30. Ianuarij 1719. §. Veràm coràm R.P.D. meo Gamaches*, quodque non sint multiplicandæ Compulsoriæ speciales, iuxtà notata per *Rotam coràm Caril. dicta decis. 238. num. 4. coràm Cerro decis. 91. num. 34., & 35.*, & conferunt deducta *in Ferrarien. Decimarum 10. Decembris 1717. §. Hinc coràm R.P.D. meo Foscaro*, signantèr in causa Beneficiali, cuius omne ius in vita Beneficiati terminatur, vt in specie aduertit *Card. de Luca de Benefic. disc. 28. num. 8. vers. Cumque istud Rota decis.129. coràm Millin. decis. 333. num. 4. coràm Benincasa, & in Pampilonen. Decimarum super Remissoria 28. Ianuarij 1704. §. Remissoria coràm bo. mem. Muto.*

Quàm, & validiùs in defectu extremorum, quæ prò concessione Compulsorię specialis indispensabilitèr requiruntur, videlicèt quod constet de existentia scripturæ, necnon de eius releuantia, quodque omnis exulet suspicio calumniæ, vt concorditèr monent *Vestr. in prax. lib.6. cap. primo num.12. Scac. de iudic. lib. 2. cap. primo num. 482., & seqq. Rota coràm Pœnia decis.594. num. primo, & per tot. coràm Duran. decis. 376.,*

coràm

coràm Bich. decis. 475., vtrobique num. primo, & in Castellana validitatis Concordiæ, seù Bipartitæ super Remissoria, & Compulsoria 4. Februarij 1705. §. 15. coràm bo. mem. Molines, quorum altero deficiente locus non est Compulsoriæ speciali pro remorando iudicio *Card. de Luca de Iudic. disc. 31. n. 32. Rota coràm Cerro decis. 859. num. 5. in fin.*, & firmant omnes mox allegatæ auctoritates.

Et sanè assumendo particulare examen assertorum iurium, quæ compulsari contenduntur, quantum pertinet ad Processus Collegiorum Sancti Idelphonsi, & Sanctæ Crucis, deficit profectò respectu primi probatio existentiæ, cum imò eius inexistentia satis concludi posse videtur ex iuramento per Collegiales præstito coràm Iudice Compulsoriali vigore Breuis, quod illum non habent, nec dolo desierunt habere, vt in his terminis obseruat *Specul. de ædit. Instr. §. Postquàm num. 11. Salust. Tiber. in prax. lib. 2. cap. 18. n. 16. Andreol. contr. 35. num. 13. Rota decis. 267. n. 4. post secundum vol. cons. Farinac. coràm decis. 166. num. 2. vers. Non obstat, & coràm Buratt. decis. 266. num. 10.*, & hæc eadem inexistentia allegari valet respectu secundi, ex regula, quod in proposito Compulsoriæ specialis non admittatur præsumptiua existentia, sed necessè sit exhibere copiam Processus extraiudicialitèr extracti, vt distinguendo intèr hanc, & instantiam exhibitionis firmauit *Rota coràm Bich. decis. 475. num. 2., & 3. coràm Duran. decis. 576. num. 1., & decis. 131. coràm Dunoz. iun. decis. 493. num. 1., & in Castellana validitatis Concordiæ, seù Bipartitæ super Remissoria, & Compulsoria 4. Februarij 1705. §. Quo verò coràm bo. mem. Molines.*

Cæterùm respectu vtriusque deficit extremum releuantiæ, statìm ac ex deductis in contemporanea Decisione solidè firmatum fuit, Processus huiusmodi sinè vlla Iuris solemnitate factos prò sola instructione animi Collegialium procedentium ad non admissionem ex falso etiàm rumore, nullum de se probationis gradum, siuè adminiculum facere, nec quoad alios, nec quoad non admissum, vt videre est *sub §. Indeque est*, sub qua ratione communitèr receptum est, huiusmodi Collegia cogi non posse ad hos Processus ædendos, vt iuxtà inueteratam consuetudinem omnium Regnorum Hispaniæ testatur *Parexa de ædit. Instrum. tit. 10. resolut. 4. à num. 18. ad fin., & signantèr num. 30., & 36. Lar. de Anniuers. lib. 2. cap. 4. num. 24., & 122. Pax de Tenut. par. 1. cap. 32. num. 53. Carleual. de iudic. tom. 2. lib. 1, tit. 2. disp. 3. num. 30., & 34.*, & multo

 minùs

minùs in casu, quo non admissio innixa extitit rumori, qui euidentèr detectus fuit erroneus,& falsus, eoque non obstante tam ipsi non admissi, quàm alij fuerunt qualificati in Collegijs, & Ecclesijs habentibus similia rigorosa Statuta cum precedenti, & subsequenti constanti fama puritatis, vt latè prosequitur dicta contemporanea Decisio §. *Quod si Iuris*, ideoquè inepta prorsùs remanet eorumdem compulsatio, quæ omninò denegari debet ad *Textum in l. Cum falsa Cod. de iuris, & fact. ignor.*, & in specie *Rota decis.447. num.3. coràm Bichio decis.1. num.1. coràm Priolo decis.474. num.4. coràm Cerro, & in dicta Castellana super Remissoria, & Compulsoria 4. Februarij 1705. §. Eademque coràm bo.mem. Molines*.

Manifesta similitèr emergit irreleuantia quoad probationes factas anno 1598. à Petro Salazar occasione eius prouisionis de Canonicatu Ecclesiæ Siguntinæ, nàm, cum subsecuta eius admissio præsupponat indispensabilitèr, ad terminos Statuti Ecclesiæ, probationes eius puritatis, non est, quod pro contrario effectu probationes huiusmodi compulsari contendantur; Imò cum Capitulum liberas habuerit habenas compulsandi, quod sibi placuerit ex Archiuio dictę Ecclesię Siguntinę, quod integrè perlustrauit, vt patet ex Processu Compulsoriali exindè iamdudùm extracto, & nuperrimè tantùm in actis producto; Cumque desupèr ex attestatione Canonici Secretarij ex decreto totius Capituli facta habeatur, quod Testes omnes dicto anno 1598. examinati, deposuerint omnes Ascendentes præfati Petri, intèr quos Isabella de Torres, & Alphonsus eius Vir, fuisse Christianos antiquos liberos, & exemptos ab omni suspicione infectionis *secundo Summ. Additionali Iosephi num.2. litt.C.* non lęuis exindè oritur super petita harum probationum compulsatione legalis suspicio calumnię *Rota coràm Millin. decis.447. n.2. vers. Et hoc eo magis, & coràm Veral. decis.58. n.2., & 3., & in rec. decis.65. n.2. par.3.*

Quo verò ad fidem Baptismatis Isabellæ Torres, quæ obijt anno 1541. frustrà exposcebatur specialis Compulsoria hoc ipso, quod uedùm non probatur eius existentia, sed imò eius inexistentia probata remanet ex Processu informatiuo, ex quo apparet à Canonico Commissario, omnes adhibitas fuisse diligentias tam in Parochiali Siguntina, in qua compertum extitit antiquiorem librum Parochialem initium sumere ab anno 1564., & sic longè post obitum Isabellæ, quàm in Parochiali Terræ Acquauiuę, in qua antiquior liber repertus fuit ab anno 1551. id, quod mirùm esse non debet, cum nonnisi post publicatio-

nem

nem *Concil.Trid.* Parochi hoc onus habuerint hos libros retinendi, vt liquet *sess.24. cap.2.*, vbi *Barbos. n.28.*, *& de Paroch. cap.7. num.2.* Non attento, quod Cappellanus maior Ecclesiæ Siguntinæ deposuerit, antiquiores libros fuisse asportatos ad Tribunal S. Inquisitionis, quia Testis iste magis comprobat inexistentiam, dùm deponit = *hà qualche notizia per le scritture del suo Antecessore, qualmente nelli tempi passati con l'occasione d'alcune proue dell'Inquisizione furono portati via alcuni libri antichi della Parochia, e benche fossero state fatte diuerse diligenze per ricuperarli non lo potè conseguire, perche li rispondeuano, che non li aueuano.*

Et demùm quoad tabellas Sambenitorum superflua omninò detegebatur specialis Compulsoria, statìm ac ex quatuor, quæ adsunt illorum Familiæ de Torres, duo fuerunt transcriptæ ab ipso Canonico Commissario, qui reliquas transcribere consultò omisit, & de cætero ex sæpedicto Processu informatiuo iam constat de omnibus quatuor tabellis cum nominibus, & pœnitentijs iniunctis, mediante attestatione publica Secretarij S. Inquisitionis *Summ. prædicti Iosephi n.44.*

Quod si ex hucusque dictis constat de omnimoda irreleuantia iurium, quæ compulsari contendebantur, non est, quod amaritudinem aliquam ingerere possit ea animaduersio, quod alias visa sint haberi prò releuantibus à Signatura Gratiæ, quæ speciales Compulsorias de anno 1718. concessit, dispensatiuè etiàm ad iuramentum de non ædendo. Quicquid enim ex facultate extraordinaria decreuerit Signatura Gratiæ, quod tamèn ineffectuatum ex mora Capituli remansit, suadere quidem potest, nouam ex nùnc, & post tanti temporis decursum Compulsoriam peti non sinè suspicione calumniæ, ex adductis per *Rot. coràm Veral. decis.58. n.2., & 3., & coràm Molin. dec.675. n.5., & in rec. dec.65. n.2. par.3., & dec.271. par.2.* Sed nequaquam efficit, vt eadem ass. releuantia præsupponi debeat modo, quo causa remissa extitit ad Rotam cum facultate procedendi, *prout Iuris fuerit ad executionem Breuis, & Litterarum Compulsorialium*, quæ quidem clausula coercet cognitionem intrà meros cancellos iuris *Marchesan. de commiss. par.2. fol.100. n.148. Sperel. decis.85. n.38. Rota coràm Ludouis. decis.378. in fin., coràm Cerro decis.172. n.17., & in rec. decis.242. n.4. par.13.*, & omne, quod respiciat gratiam, excludit, *Rota decis.376. num.7., & 8., & decis.479. num.5., & seqq. parte 18. recent., & coràm Emerix iun. decis. 1642. n.6., & seqq.*

Addito

Addito ſignantèr, quod cum ex Pragmatica glor. mem. Philippi IV. confirmata in forma ſpecifica à ſan.mem.Vrbano VIII. tres poſitiui actus, præſertim à Tribunali S. Inquiſitionis procedentes, rem iudicatam ſuper puritate conſtituant, etiam ex poſt deducta infectione non retractabilem, vt expenſum fuit in contemporanea Deciſione §. *Si itaque*, quælibet vlterior probatio etiam ex hoc ipſo cenſeri valuiſſet irreleuans, quod nempè Ioſeph non tres tantum, ſed plures numeret actus poſitiuos à Tribunali S.Inquiſitionis in Proceſſu informatiuo regiſtratos.

Et ità vtraque &c.

ROMÆ, MDCCXXIII.

Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ.
Superiorum permiſſu.

Sn Agustin